

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus  
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de  
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & charior Authori,  
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

An adiurationes sit akiquid præceptum. punct. 2.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

peccatum veniale non excedit; cum non videatur ex hac si-  
gnatione diuinus honor grauior laesus, vt bene dicit Suar. tom.  
2. de Religione lib. 4. de adiuratione cap. 4. num. 7. Sanch. lib.  
2. in Decal. cap. 42. n. 5. Terrò expostulata veritas ex parte  
causa moria ad iurandum, ne ex causa ficta & falsa sed potius  
vera praestis adiurationem. Quod si haec fictio in detrimentum  
graue proximi cedat, vt contingit cum fingendo  
paupertatem, diuites obfertas nomine Christi conseftato,  
clarum est, te peccate non solum contra iustitiam elemo-  
synam sicut exortando, sed etiam contra religionem, di-  
tinuum numen invocando in velamentum tua malitia & ini-  
stitia. Sed an hoc peccatum contra religionem mortale sit?  
Negat Sanchez dicens id sibi fere certum esse. Mouetur quia  
illius actus elemosynæ, vt à diuitiis procedit, bonus est. Er-  
go Deo non grauem irreuerentiam irrogas, diuinan eius au-  
toritatem contestans, ad mouendos diuites ad illum actum,  
tamen ex parte tua iniuriantem habeat. Sed mihi probabilius  
videatur, peccatum graue committi; non quarens diuinan  
authoritatem contestans ad mouendum diuites ad actum bonum:  
Nam ex hac parte nec veniale videatur sed quarens con-  
testans diuinan authoritatem ad iniuriam elemosynam reci-  
piendam. Videbris enim eius authoritatem graueri contemne-  
re, illam afflumens, vt medium ad tuam iniuriantem patram-  
dam. Sic Suar. dicto lib. 4. de adiuratione cap. 4. num. 7.

6. Deinde expostulata in adiuratione iustitia quæ in eo  
confitit, vt res postulata vel imperata iusta & honesta  
sit. Nam vii invocatione diuini nominis ad rem turpem ob-  
tinendam iniuriosum est Deo. Siquidem hæc invocatione de-  
notas iniuriantem gratiam illi forte. Ideo enim illius auctorita-  
tem invocas, quia credis ob reverentiam, amorem velti-  
motem eius, facilium obtentum, quod postulatis. An vero  
sit peccatum mortale vel veniale? Communis sententia re-  
sponderet, ex grauitate materie esse delendum, sicut & in  
Iuramento promissorio, & voti rei iniuriae. Si materia impe-  
rata, vel postulata grauite in honesta sit; obsecratio mortis  
erit, si leuite sit in honesta, sic Suar. lib. 4. de adiuratione cap. 4. num. 8. Sanch. lib. 2. cap. 42. num. 5. Bonacina tom. 2. diff. 4. quest. 1. punct. 1. vls. num. 1.

7. Deinde ad honestatem adiurationis iudicium requiri-  
tur, hoc est, vt cum debita configuratione fiat. Non enim dece-  
pissim, & sine occasione nomen Dei & sanctorum contestari  
sicut in iuramento diximus. Quare sicut ibidem dictum est:  
defectum huius conditionis non excedere culpam venialem;  
ita in presenti est affidendum. Sic Valent. 2. diff. 6. 9.7.  
punct. 2. q. 1. Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. de adiuratione  
cap. 4. num. 9. Sanch. lib. 2. cap. 42. n. 5.

8. Præter has tres conditions modus adiurationis seruan-  
dus est, vt adiuratio honestatem habeat. Adiure namque,  
imperando, quæ obsecratio, debet adiurare, illicium esse.  
Debet ergo modum debitum perfonæ adiurare seruare. Quod  
bene notauit Suar. dicto cap. 4. num. 9. & c. 1. n. 3.

9. His conditionibus positis; clarum est, adiurationem  
honestam esse. Quia est invocatio nominis Dei, vel sanctorum,  
ad res honestas facilius obtinendas, ex debito fine, &  
occasione urgente. Vnde ergo honestas defecere potest? Quod  
si roges, ad quam virtutem pertinet? Dilectusq. est, si ex  
invocatione diuini nominis, & ob reverentiam illi debitam  
contendens res postulatam, vel imperatam obtinere, ad re-  
ligionem pertinet. Quia Deus ipse in se colitur, & hono-  
ratur. Si vero ex invocatione sanctorum, & ob reverentiam  
illis debitam, quatenus tales sunt, obsecratio, vel imperium  
est, ad virtutem Dulic vel Hyperdulic pertinet; sicut perti-  
nere cultus Virginis, & Sanctorum, quando in se spectantur.  
Sic Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. de adiuratione cap. 1. n. 5.  
Si autem ex confectione vita, alterius rei humanae fiat ob-  
secratio, iam diximus ad amicitiam humanam pertinere; ac  
proinde de illa in presenti non est sermo. Non enim auger,  
ne minuit culpam, si aliquid committatur in obsecratio-

ne. 10. Ex dictis colligiunt differentia adiurationis. Ab oratione namque differt. Quia adiuratio formaliter non est  
petitio; sed abstracta à petitione, imperio & obsecratio. Quod  
si solam adiurationem deprecari cum oratione comparemus; ab illa etiam differt: Quia talis adiuratio formaliter  
non est petitio; sed est ratio petendi. Confectione enim  
Dei Christi, & sanctorum à Deo beneficia petimus tanquam  
ob rationem, ob quam Deus ad concedendum perita moueri  
posit. A Iuramento differt adiuratio. Quia adiuratio inter-  
ponitur, vt ratio alteri moriua ad obsecandum effectum,  
interposito enim Christi nomine incendis adiuratum mouere, vt  
postulatione annuat, vel imperio obediat. At Iuramentum non  
alteri interponis, sed tibi; & non ad obsecandum; sed ad ve-  
rum afferendum vel efficiendum, quod afferis vel promisisti. Sic  
Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. de adiuratione c. 1. à num. 8.  
Sanch. lib. 2. Decalog. c. 42. n. 1.

11. Adiureto tamen; aliquando adiurbationem cum Iuta-  
mento misceti, vt pater ex illo Genes. 24. Vbi Abraham scri-

vum suum adiurauit, & simul ad iurandum compulit, & Is-  
acob filium suum Ioseph. Genes. 47. & 50. Sed hoc acciden-  
tale est, neque ad veram adiurbationem requiritur. Adiura-  
namque potes, quin ad iurandum compellas, & compelles  
potes ad iurandum, quin adiures. Non igitur adiuratio con-  
ciner iuramentum, neque iuramentum etiam promissum  
conciner adiurbationem. Suar. dicto c. 1. num. 10. & Sanch. cap.  
42. num. 1.

## P V N C T V M II.

An adiurbationis sit aliquod præceptum.

## S V M M A R I V M.

1. Per se ex vi iuri diuini & naturalis nullum est præceptum  
benetamen per accidens ex obligatione offici, & Eccle-  
sia institutione.
2. Ex parte adiuratio nulla est obligatio obediendi adiurbationi,  
si adiuratio obsecratio sit.
3. Est tamen obligatio obediendi, si præcepta fuerit.
4. Hæc obligatio non ex adiurbatione formaliter, sed ex  
præcepto, cui annexa est adiuratio, nascitur.

1. Breviter respondeo; per se & ex vi iuri diuini, & na-  
turalis nullum præceptum. Quia culus, qui per ad-  
iurbationem Deo præstat, aliis modis suppedit potest. Ex alia  
parte, ad obtinenda diuina beneficia, necessaria non est; cum  
non adiuratio, sed oratio, simpliciter petiōis promissa  
sit. Per accidens tamen ex obligatione offici, & ex Ecclesie  
institutione præceptum est adiurbationis. Ministris namque Ec-  
clesie obligati sunt ex officio, obcessis à Dæmonie subveniente  
exorcismis Ecclesie. Que poita illa necessitate hoc remedium  
inter omnia est efficacissimum. Item tenetor horas canonicas  
recitare, & in illarum recitatione plures adiurations  
continetur. Ergo iam ex institutione Ecclesie est præceptum  
adiurbationis. Sed sicut dixi, hoc est per accidens, & ex obliga-  
tione offici; non ex natura adiurbationis. Sic Suar. lib. 3. de adiuracio-  
ne c. 4. n. 2. Sanch. lib. 2. summ. cap. 42. n. 4.

2. Sed ex parte adiuratio sit aliquod præceptum obedi-  
endi adiurbationi?

Maius dubium est: Et quidem si adiuratio obsecratio est,  
nullum est præceptum obediendi adiurbationi. Quia nomen Dei  
ibi adducitur, ad augendam præceptionem, ita que obsec-  
tiōem reddendam; non ad incitandam eius natum. Si igitur  
depreciatio obligationis non inducit, vt de se constat; neque  
etiam diuinis nominis consecratione vestita illam inducere debet.  
Suar. tom. 2. de Religione lib. 4. c. 4. n. 2. Sanch. lib. 2. summ.  
c. 42. num. 2.

3. At si adiuratio sit præceptum superioris ad subdium in  
iis, in quibus præcipere potest; claram est, præceptum indu-  
cere, cuius transgressio mortalis vel venialis est pro grauitate  
vel leuitate materie imperata. Sic Suar. à num. 14. Sanchez  
n. 14. Bonacina tom. 2. diff. 4. q. 1. punct. vlt. n. 6. Sed il-  
lud præceptum non ex adiurbatione, sed ex imperio proueni.  
Siquidem adiurbatione clausa imperium, & præceptum vim  
haberet obligandi.

4. Dubium autem est, an ob adiurbationem illi adiundare  
inducat in adiuratio speciale obligationem religiosam; ut  
non solum peccat contra iustitiam, castitatem, vel ob-  
edientiam ob transgressionem præcepti adiurbatione veliti: Re-  
pondeo negare; quia adiuratio etiam præcepto coniuncta  
solum habet, excitare adiuratio ad executionem præcepti.  
Non igitur ipsa præceptum imponit. Item adiuratio reli-  
tuere, obligationem non habet ex quendam reliquiū ob-  
ratione adiurbationis. Nam sub quocunque fine restrictionem  
exequitur obligationis satisfaci. Ergo adiuratio non indebet  
obligationem religiosam distinctam à præcepto, cui adiungitur  
tametsi intra illam speciem faciat ut efficacius obiect. Alius si  
speciale religiosam induceret, superfluum esset petere ab  
adiuratio iuramentum exequendi rem præceptam, sicut Abraham  
expulsa est à seruo suo Genes. 2. & Jacob à Ioseph Genes. 47.  
Et passim indices à reis & testibus adiurbationis de veritate mani-  
festanda. Signum igitur est, adiurbationem etiam præcepto  
coniunctam non inducere speciale in adiuratio obligacionem  
religionis. Sic Suar. lib. 4. de adiurbatione dicto cap. 4. in fine.  
Sanch. lib. 2. summ. capite 42. num. 2.

## P V N C T V M